



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Paenitentibus quatuor misericordias debemus exhibere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Penitentibus quatuor misericordias debemus exhibere .

Primo , supportationem . Vnde Gall. 6. Paulus ad Gallatas dicit . Alter alterius onera portate , &c . D. Bernardus . Studeas supportare non solum patienter , sed & libenter infirmitatem fratrum tuorum tam morum , quam corporum . Secundo orationem . Iac. 5. Orate pro inuicem ut saluemini . Tertio instructionem , & correctionem . si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto , uos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis , &c. dicit Paulus ad Gallatas . Et Matth. 21. Si peccauerit in te frater tuus , uade & corripere eum inter te , & ipsum , &c. Quarto , ueniam donationem . Matt . Accedens Petrus ad dominum dixit . Quotiens peccauerit in me frater meus , dimittam ei usque septies ? dixit ei Iesus . Non dico tibi septies , sed usque septuagies septies . Ecclesiasticus . Ne despicias hominem auertentem se à peccato , neque improperes ei , memento quoniam in corruptione sumus .

Gall. 6.

Bern.

Iac. 5.

Gall. 6.

Mat. 21

Mat. 21

Eccl. 8.